bet eſſe ita ſeuera in clericis, ſicut in laicis. Et hæc eſt communis opin. vt atteſtatur Abb. in d. capitulo cum in contemplatione, poſt num. 6. de reg. iur. quem refert Diaz in pract. crim. canon. capit. 117. poſt num. 5. & Viuius in loco præallegato.

25 Sed [z] hic quæro, nunquid iudex laicus, vel miniſtri laici poſſunt torquere clericum de mandato epiſcopi ſui. Reſpon. de iure, [a] quod non: & eſt communis opin. vt dicit Ripa in cap. decernimus, nu. 39. de iudic. Sed certè communis obſeruantia ſe habet in cõtrarium, vt dicit Abb. in cap. vt famę, nu. 8. de ſent. excomm. quem refert Diaz in d. c 117. nu. 6. Foller. in pract. crim. canon. fol. 260. nume. 11. Simanchas de hæreticis, cap. 63. nu. 29. Et ita quotidie videmus obſeruari, vt mandante epiſcopo, clerici à iudicibus laicis torqueantur. Et licet Abb. in d. cap. vt famæ, dicat, quòd eſt mala conſuetudo, tamen Card. Alex. in cap. illi, qui, ſup. q. 5. dicit 5. quod non eſt mala conſuetudo: & ita etiã mihi videtur: alias ſepenumero delicta clericorum remanerent impunita: quia ſi non eſſent laici, qui torquerent, clerici nũquam torquerentur, vt dicit Foller. in loco præallegato.

26 Vbi [b] nihil obſtet, quò minus poſſit reus tormentis ſubijci, tunc decernere debet iudex procedendum eſſe contra eum ad torturam. Tenetur tamen (ſecũdum aliquos) prius [c] requirere accuſatorem, cuius inſtantiam habenda eſt quæſtio, alias non poteſt reũ tormentis ſubijcere, & dicit Pract. Caſoni, fol. 81. n. 1. ꝙ in hoc omnes Doctores ſcribentes in hac materia conſentiũt. Quod tamen ego non credo verũ, & in omnẽ caſũ de conſuetudine nò ſeruatur, prout etiam ipſemet fatetur. ſubdẽs, ꝙ hoc tẽpore per totã Italiã iudex, non expectata requiſitione accuſatoris, reũ torquet, & in hoc nulla eſt difficultas.

27 Sed [d] quid agẽdum, ſi reus appellet ab huiuſmodi decreto, nunquid erit à tortura ſuperſedendum. Reſp. [e] Aliqui dicũt, quod ſic: & ita deciſũ fuiſſe in curia Delphin. refert Guido Papæ deciſ. 74. vbi dicit, quod de ſtylo curiarum tam parlamenti ſuperioris, quam inferioris ſuperſedetur ab executione torturæ. Et illum refert Marcus deciſ. 907. quęritur, quãdo, num. 4. Quinimo (ſecundum aliquos) poteſt appellare nõ modo à decreto torturæ, ſed etiam à comminatione facta de torquendo. Et interpoſita huiuſmodi appellatione, debet iudex ſuperſedere à tortura. Et diclt Carauita ſuper ritu 259. magnæ curiæ, nu. 14. in fin. ꝙ. ita ſeruatur, & practicatur quotidie. Idem etiã ſemper vidiſſe ſeruari in magna curia Vicarię atteſtatur Gram. ſuper c. Regni, fol. 133. numero 4. in fin. Dicit tamen Maranta in ſuo Speci. fol. 136. numero 14. quod ſolent cauti iudices non

z Sed hic quæro.) Farinac. dict. quæſtio 41. numero 14. & 15. Roſſ.

a Quod non.) Adde, quòd imò torquendus eſt excommunicatus, & an ualeat conſuetudo in contrarium, uide Carrer. in pract. crim. pag mihi 146. col. 2. ubi etiam limitat in aſſaſſino, qui poteſt torqueri à laico; mihi placet Authoris opinio. Baiard.

b Vbi nihil obſtet.) Farin. q. 38. uol. 2. tit. de indi. & tort. nu. 70. Roſſ.

c Requirere accuſatorem.) Item uide per Carrer. in pract. crim. pagina mihi 160. uerſ. item tunc deuenitur, ubi etiam ſubiungit, ſufficere peti in libello per partem, uel in capitulis per iudicem inquirentem, & concord. allegat. Mihi magis placet auctoris opinio, generaliſque totius Italiæ conſuetudo, à qua non eſſe omninò reccdẽdum cenſeo. Giach.

d Sed quid agendum.) Farin. in tit. de indit. & tortura, quæſt. 38. numer. 10. & 15. Roſſ.

Sed quid agendum.) Ad
84 de, quòd † Guid. Papæ in deciſione 74. hic allegata, no dicit, ut per auctorem refertur, ſed quòd ſeruatur in Curia parlamenti; & in ceteris curijs Delfin. quòd proceditur ad executionem interlocutoriæ ſuper tortura, etiam infra decem dies; niſi fuerit appellatum, & inhibitum; quandoque tamen ſecundum caſus exigentiam, & qualitatem perſonarum expectatur lapſus decem dierum. Et ſic, quòd hodie de conſuetudine, & ſtylo Curiarum, reſpectu interlocutoriæ, ad torturam remittitur arbitrio iudican-
85 tis. Et ego in † ſtatu eccleſiaſtico, ac etiam in Reg. Neapol. obſeruaui, & obſeruari uidi, quod non obſtante appellatione exiſtẽtibus indicijs legitimis, & datis copijs, & elapſo termino ad purgandum indicia, torquetur cũ ex prædictis appareat, quòd appellatio ſit friuola, nec iudices in Regno interpoſita appellatione ſuperſedere ſolent, ſi diſcuſſum fuerit ſuper indicijs, niſi etiam fuerit præſentata inhibitio. Et ideò hac cautela utuntur rei, & eorum procuratores, quòd dum fabricantur proceſſus, ſecretò obtinere procurant inhibitionem à Vicaria, uel ab Audientia Regijs à comminata tortura, quæ inhibitiones paſſim conceduntur, & eas iudicibus tempore torturæ, uel ante præſentari faciunt, aliàs ſine dicta prouiſione torquerentur, non obſtant. conſtitut. Regni, quod incipit ſi iuſtè, quo diſponitur, ut recipiantur appellationes ante torturam, quod non procedit, ſi iniuſta eſt appellatio, quia tunc poteſt iudex appellationem non recipere, ſed ad torturam deuenire, ſi datæ fuerint defenſiones, & ſeruata de iure ſeruanda. ita declarat dicto capit. Foller. in pract. criminal. in tertia parte, part. princ. numero 50. & Carrer. in l. obſeruare, numero 188. uerſiculo limita prædicta, niſi præcedant. Et ideò rei inhibitiones præſentari faciunt, ut manus iudicis ligentur, qui amplius non procedit, niſi remiſſa cauſa, & ita credo, quod facerẽt iudices eccleſiaſtici, ſi ante torturam inhiberentur: ſed ſine inhibitione ſi eſſent practici non curarent de appellatione. Et in ſtatu eccleſiaſtico ſeruatur illud, quod dicit Marãta in loco hic citato, ſcilicet, ꝙ eodem inſtanti interponitur decretum de torquendo, & reus torquetur, quæ cautela iudicio meo eſt inſipida, ſi appellationi eſſet deferendum, nã torquendus ſtatim, quòd alligatur funi, uel ſpoliatur, & etiã quod eſſet ligatus, poſſet appellare, ſed conſiderandum eſt, an appellatio ſit friuola, nec ne. Sed quid è conuerſo, an per accuſatorem, uel fiſcum appellari poſſit, ſi pronunciatum
86 fuerit, † non eſſe torquẽdum, Baldus, & Salycetus in l. ante ſententiam, Cod. quorum appellat. non recip. tenent, quòd ſic: ſed Brunus in tractatu de indicijs, numero 13. tenet, quòd non, quem refert, & ſequitur Neuizan. in conſilio 60. numero 7. cum ſequent. ubi latè. Sed ego arbitror primam opinionẽ eſſe ſequendam, cum reſpiciat fauorem publicum ut maleficia detegantur, & puniantur, quæ raro hodie ſine tortura detegi poſſunt, maximè quando ſunt grauia, & occulta; alias eſſet in facultate iudicum, ſiue ignoranter, ſiue malitioſè occultare multa delicta, ſi tamen de malignitate appellantium appareret, quia nulla extaret indicia; & potius de innocentia inquiſiti conſtaret, eo caſu omninò eſſet reijcienda appellatio; ſed talia decreta, vt non torqueatur, non ſolent fieri: ſed expeditur cauſa inquiſitum abſoluendo, uel relaxatur ſub fideiuſſione de ſe repræſentando, quaupo poteſt ſperari, vt ſuperueniant indicia. Baiard.

e Aliqui dicunt quod ſic.] Quinimò adde, quòd alias confeſſio eſſet nulla, vide per Carrerium in practic. pagina mihi centeſima quinquageſimanona, columna prima, qui columna ſequent. limitat, niſi præcedãt indicia ſufficientia, quoniam, tunc non admittitur appellatio, & in fin. extendit, quod ſiue affirmatiuè, quòd torqueatur, ſiue negatiuè, quod non torqueatur, à tali pronuntia, ſeu comminatione appellatur, & pag. ſeq. col. 1. dicit etiam non deueniri àd torturam, niſi pars petierit, & inſteterit, & hoc vbi ad partis inſtantiam proceditur, ſecus ſi per inquiſitionem. Baiard

interponere decretum palàm de torquendo reum, [f] ne detur materia appellandi, ſed ducto reo ad locum torturæ, ſtatim cum incipit ligari, ſolent interponere decretum de torquendo, & immediatè torquere. Faciunt, quæ dixi infra verſicul. quæro nunc. poſtquam enim reus applicatur tormentis, non auditur eius appellatio: & ita in facti cõtingentia iudicatum fuiſſe per Parlamentum Pariſienſe atteſtatur Papo libro 24. titul. 9. Arreſto 13. [g] Sed certè apud nos, cum ex diſpoſitione decretorum ſublata ſit omnis appellatio in criminalibus, etiam in interlocutorijs, fruſtra interponuntur huiuſmodi appellationes: nam eis non attentis, Iudices ad vlteriora procedunt.

28 Sed [h] quid ſi ille, quem Iudex decernit eſſe torquendum petat ſibi dari copiam indiciorum cum termino defenſionis, nunquid eſt audiendus? Reſpond. Practic. Caſoni, folio 69. num. 3. dicit, quòd ſecundùm omnes Iudex tenetur dare exemplum indiciorum ante torturam, licet hodie Iudices non data copia indiciorum procedant ad torturam. [i] Tu verò dic, quod ſi quidem reus, priuſquam torqueatur, petat ſibi dari copiã indiciorum, debet Iudex ſuperſedere à tortura, & audire eius defenſiones, maximè ſi aliquid allegetur, quo probato non eſſet ad torturam deueniendum, & ita communiter teneri atteſtatur Alb. in l. vnius, §. cogniturum, numero 3. ff. de quæſtionibus, quem refert Iaſ. conſil. 175. col. fin. verſic. 2. allego, libr. 1. [k] Si verò non petatur, tunc poteſt Iudex procedere ad torturam, etiam non decreta copia proceſſus, vel termino defenſionum, vt dixi ſup. quæſt. 49. verſic. ſed nunquid. Et ita intelligendum eſt, quòd dicit ſeruari Boſſ. in titul. de ind. num. 74.

29 Quæro, [l] ſi plures ſint torquendi, à quo ſit incipiendum Reſp. quòd regulariter incipiendum eſt ab eis, qui ſunt magis [m] ſuſpecti. Si verò omnes ſint æqualiter [n] ſuſpecti, tunc ſi eſt maſculus, & femina, eſt [o] incipiendum à femina, tanquam à timidiori: ſed ſi ſunt omnes maſculi, incipiendum eſt [p] à minori, debiliori, & timidiori. Ita colligitur ex text. in l. vnius, in principio, ff. de quæſtionibus. & hunc ordinem in tortura inferẽda obſeruari atteſtatur Maranta in ſuo Spec. fol. 82. n. 13. Dicit etiam pract. Caſ. fol. 82. numer. 3. quod Iudices conſueuerunt incipere à debiliori.

30 Decreta tortura, priuſquàm reo inferatur, debet Iudex animaduertere, ne reus aliquid eo die comederit, aut biberit, & ita ſeruatur [q] de conſuetudine, vt dicit Paris Put. de ſyndic. fol. 455. num. 11. Practica Millei fol. 103. numer. 52. Et intellige eo die, ſ. per decem horas, antequam torqueatur. Et ita ſeruat communis practica, vt atteſtatur Marſ. in l. 1. in princ. num. 29. ff. de quæſt.

Nunc [r] de gradibus torturæ videamus; nam (vt eſt

f Ne detur materia appellandi.] Farinac. ſup. numer. 21. & 22. Roſ.

g Sed certè apud nos.] Farinac. d. quæſt. 38. numero 19. in fin. Roſ.

h Sed quid ſi ille.] Farinac. d. quæſt. 38. num. 30. & quæſt. 39. vbi latiſſimè. Roſ.

i Tu verò dic.] Adde, quod † Iudex in caſibus arduis poteſt procedere ad torturam ex proceſſu informatiuo, & excuſatur in ſyndicatu, Alex. conſil. 75. lib. 1. Grammat. conſil. 40. num. 5.
88 Item adde, † quod magna Curia Vicariæ virtute cap. Regni, quod incipit, Si cum ſceleratis, habet præeminentiam, quod poteſt torquere reum ex proceſſu informatiuo, de quo capit. meminit Pariſ. de ſyndicat. in verb. tortura, & Ioan. Ant. de Nigr. in d. cap. & licèt ipſe dicat multa requiri, ad hoc vt Magna Curia poſſit dicta præeminentia vti, nihilominus hodie Magna Curia ea vtitur, non adhibitis alijs circumſtantijs, niſi grauitate delicti, & vrgentia indiciorum: & ſi appellatur à decreto torturę ad Sacrum Conſiliũ, conſideratur, an ſit caſus, in quo magna Curia poſſit vti præeminẽtia præd. an ſint indicia vrgẽtia: ſed
89 contra † Neapolitanos non poteſt vti præfata præeminentia, niſi de licentia Proregis, recommunicata cum Regentibus regiam Cãcellariam, vt plenè per Franc. in deciſione 143. & ſimilis †
90 prę eminentia etiam Gubernatoribus Vrbis, & eorum Locũtenentibus conceſſa fuit per Leonem X. Summum Pontificem, vt in Bulla 7. de qua in Bullario folio 185. volum. 1. qua auctoritate Locumtenentes, vt audiui, indifferenter vtuntur, ſiue adſint legitima indicia, ſiue non, apponendo clauſulã in Decreto torturæ, ſtantibus facultatibus conceſſis, &c. nulla habita conſideratione, quod intentio Summi Pontificis non fuit, quòd quis torqueretur ſine indicijs, quòd minimè fieri poteſt, ut dixi ſupra in hac quęſtione, in verſiculo dixi, & ſupra in quæſtione trigeſimaprima, verſic. arbitrio. Baiard.

K Si verò non petatur.] Vide tu Farin. d. q. 39. num. 90. 91. & 97. Roſ.

91 l Quæro ſi plures.] Adde † ſi pater, & filius de eodem crimine eſſent inquiſiti, tortura à filio eſt inchoanda, & in præſentia patris, quia pater magis de filij tortura, quàm de propria cruciatur, l. iſte quidem, §. fin. ff. quod met. cauſ. Gand. de malef. in titul. de quæſt. num. 11. Laurent. Tenni. caut. 90, Guid. de Suzar. in tractat. de indicijs nu. 22. & latè per Marſ. in practic. criminal. in §. expedita, num. 49. Tiraquell. latè in præfatione l. ſi vnquam, C. de reuoc. donat. num. 7. ſed ad-
92 uertendum eſt, quòd † ſi pater confiteretur per torturam filij, vel filius per torturam patris, diceretur confeſſus in tormentis; & ideò non eſſet ſtandum illi ſimplici confeſſioni, niſi ratificatione adiuuaretur, ita tradit Bald. in l. 1. in fine, C. ſi rector prouinc. in ſecunda lectura, quem refert, & ſequitur Tiraqu. in dicta præfat. num. 8. vbi multa exempla accumulauit ſimilis cõfeſſionis ob amorem parentum, & filio-
93 rum, & ſi † torquendi eſſent ætate ęquales, vel indicijs, incipiendum eſſet ab eo, qui haberet malum pronomen, ſeu malam phyſonomiam, cum ex ijs cauſetur etiam indicium. Carrer. in pract. crimin. in l. obſeruare num. 185. & quod in reis, ſeruatur etiam in teſtibus, ſi plures eſſent torquendi, vt per Marſil. in loco ſupra citato. Sed Afflict. in conſtitut. ſi damna clandeſtina, numero 75. hanc quæſtionem tractando, à tortura ſit incipienda, con-
94 cludit, quòd totum † Iudicis arbitro ſit remittendum, &c. Baiard.

m Qui ſunt magis ſuſpecti.] Adde per Crauett. plenè in conſilio 13. numero fin. poſt Baldum eius conſilio 485. libro 5. & per Carrer. in practica criminali ſub numero 184. Giach.

n Suſpecti.] Adde & ab eo, qui eſt malæ famæ, vt per Foler. in practica criminali, cap. capiat informationem poſt numerum 21. & Carrer. in pract. pagin. 153. column. 1. Giach.

o A femina.] Adde idem per Car. vbi ſupra ver. & ideo. Giach.

p Minori.] Idem per Carrer. vbi ſupra, ver. & ſi omnes: vbi etiam ſubiungit, magis incipiẽdum eſſe à filio, quàm à patre, ſi ambo ſint inquiſiti, cum pater magis timeat de filio, quàm de ſe, & ſtatim confiteatur. Et ſi ſint æquales ætate, tunc ab eo, qui habet malum nomen, ſeu malam phyſonomiam, cum ex his cauſetur etiam indicium. Et ſi datur æqualitas, ab eo, qui aliàs ſolitus fuit ea committere, & qui eſt malæ vitæ, conditionis, & famæ. Et ſi datur æqualitas, ab eo, qui primo reperit cadauer occiſi. Giach.

q De conſuetudine.] d. quæſt. 38. numero trigeſimoſecundo. Roſ.

r Nunc de gradibus torturæ.] Adde, † vt per Menoch. de arbitr. Iudic. caſu 271. vbi plenè, & Ant. Scap. in tractat.

iuris non ſcripti libro quinto, capit. 110. ibi ponit ſeptem gradus torturæ: & quid conſiderare debeat Iudex, vide etiam Crauett. in conſ. 287. nu. 6. Couar. pract. quæſt. cap. 23. col. 22. & Boſſ. in tit. de tortura, num. 36. *Baiard.*

t *Iudicis arbitrium.*] Adde, vt per Iacob. Menoch. de arbit. Iudic. lib. 2. centur. 3. caſu
*96 271. Et in illo arbitrio † Iudex conſiderare debet complexionem, & qualitatem rei accuſati, an ſit debilis, vel robuſtus, aut ferox, nobilis, vel plebeius ciuis, vel ruſticus. Rurſus cõſiderare debet qualitatem criminis, an ſit leue, aut graue, vel atrox. Et in tali arbitrio Iudex debet vti benignitate potius, quàm atrocitate. Vt per Crau. conſ. 207. cum relatis, ſub numer. 6. quos ſemper vide, quia ſumma cũ moderatione reos torquendos eſſe docent. Vide etiam per Boſſ. tractat. crim. tit. de tortura, & maxime poſt numer. 36. vbi ponit memoranda verba D. Auguſtin. qui de Ciuit. Dei libr. 19. cap. 6. ſub rubric. de errore human. indi. cum veritas latet; inter cetera dicit, cum quæritur vtrum reus ſit nocens, cruciatur & innocens, & luit pro incerto ſceleratiſſimas pęnas, non quia id commiſiſſe detegitur, ſed quia non commiſiſſe neſcitur, ac per hoc ignorantia Iudicis, id eſt neſcientia facti, eſt calamitas innocentis; & reliqua. Et quæ reaſſumit Didac. pract. quæſt. capit. 23. col. 22. Item de Iudicis arbitrio, deque illius moderamine in tormentis adhibendo, vide plenè, atque eleganter per Carrer. in practic. crim. num. 186. & 187. & Didac. vbi ſupr. col. 23. *Giach.*

t *Arbitrio Iudicis*] Farin. d. q. 38. n. 34. vſque 52. *Roſſ.*

Arbitrio Iudicis.] Adde, quod tamen debent eſſe legitima, & iuri conformia, & à iure approbata, non ex ceruice propria per ea, quæ tradit Carer. in ſua pract. crimin. pag. mihi 87. col. 1. & fuſius habetur per Oſaſc. dec. 78. num. 57. vbi quàmplures aduocat concordantes, quibus adde, atque vide per auctorem ſupra q. 31. in verſic. Arbitr. *Giach.*

96 u *Et nota, quod licèt.*] Adde, quod † confeſſio dicitur extorta metu tormentorum, nedum, quando quis fuit tortus, ſed etiam quando fuiſſet ligatus, vel conſtitutus in loco tormentorum, ſeu oſtenſis ſibi tormentis; nam tormentorum probabilis ſuſpicio idẽ operatur, quòd ipſorum tormentorũ illatio. Gram. in conſ. 21. n. 23. & 24. *Baiard.*

omnibus notiſſimum) non omnes rei eodem modo torquentur, ſed aliqui grauius, aliqui leuius, ſecundum qualitatem delicti, & indiciorum, quæ ex proceſſu reſultant: & in hoc etiam maximè verſatur [t] *Iudicis arbitrium, cùm (vt ſæpius dixi) tota hæc materia indiciorum, & torturæ videatur remiſſa arbitrio Iudicis. Scias igitur, quòd quinque ſunt gradus torturæ, ſ. Primò, minæ de torquendo: Secundò, conductio ad locum tormentorum: Tertiò, ſpoliatio, & ligatura: Quartò, eleuatio in eculeo: Quintò, ſquaſſatio.* [u] *Et nota, quòd licèt videatur, quòd minæ de torquendo, conductio ad locum tormentorum, ſpoliatio, & huiuſmodi non poſſint propriè dici ſpecies torturæ, nihilominus (ſecũdùm aliquos) talis metus, & ſuſpicio torquendi æquiparatur torturæ: & ita colligunt ex Bald. in l. interpoſitas, circa fin. C. de tranſact. Et dicit Marſ. in l. 1. numero 15. ff. de quæſtion. & in pract. crimin. §. expedita, num. 2. quod ita concludunt omnes. Hinc infertur, quòd paria ſunt confiteri per tormenta, vel metu tormentorum: quòd quidem ſi eſſet verum, eſſet maximè vtile. Nam inter confeſſionem factam ſponte, & eam, quæ fit metu tormentorum, multum intereſt, vt poteſt videri in diſcurſu materiæ, præſertim ſupra quæſtione 55. verſicul. Item poſſet, & ſequ. & infra verſic. ceterum ſi reus.* [x] *Sed certè quidquid ſit de iure, practica contrarium obſeruat. nam etiamſi Iudex dicat reo minando, quòd faciet illum, niſi confiteatur veritatem, conduci ad locum torturæ, & torqueri,* [y] *talis confeſſio dicitur ſponte facta, non autem metu tormentorum. Et ita tenet Gand. in titulo de quæſt. quem alij Doctores ſequuntur, vt dicit Pract. Carrer. fol. 133. verſic. Sed ſi Iudex. Pariter etiam conductio rei ad funem dicitur lenis terror. Et ita ferè omnes tenent, vt dicit Pract. Caſon. fol. 90. n. 3.*

Et audiui à Prętide Arrigono, qui fuit vir magnę practicę, præſertim in criminalibus, quòd apud Senatum non ſunt niſi tres gradus in tortura. Primus eſt terrere: & hic comprehendit non ſolum minas de torquendo, ſed etiam conductionem ad locum tormentorum, & ſpoliationem, & ligaturam, niſi tamen ligatura eſſet multum atrox, [z] *& ſtricta, & cum taxillis, vt faciunt plerique Iudices. Et vidi in facto in quodam medico de loco Olegij, qui plus paſſus eſt in ſola ligatura eo modo facta, quàm alijs in tortura: talis enim poſſet ęquiparari torturę. Secundus gradus eſt ponere in tormentis, vel interrogare in tormentis. Et hoc eſt eleuare, & in ſuſpenſo tenere per aliquod notabile ſpatium. Tertius eſt torquere, & hoc eſt ſquaſſare, & verificatur apud nos in vno ictu funis.* [a] *Si tamen Senatus iubeat bene torqueri, vel acriter, tunc ſolent dari duo ictus funis. Et hęc omnia nota, vt ſcias exequi litteras Senatus tu, qui facis officia criminalia in hac prouincia.*

x *Sed certè.*] Far. d. q. 83. c. 2. n. 45. vol. 4. & n. 4. *Roſ.*

y *Talis confeſſio dicitur ſponte facta, non autem metu tormentorum.*] Malè ergo procedit regula, quòd confeſſio ſpontanea valeat ſuper proceſſu inualido, de qua confeſſione habetur ſupra q. 55. verſ. Item poſſet, cum verſic. ſequ. Prius autem procedunt hic dicta, maximè cum dictio, ſponte, in proceſſibus annotata vt plurimum ſit falſa, de qua dictione falſa dixi infra hac eadem quęſtione verſic. Debet quoque. Aduerte tamen, quod nihilominus probatur error, & metus ad fauorem confitentis, non obſtante tali falſa conſuetudine, de qua in dict. verſic. debet quoque. Et ſtatur ſuper tali metu arbitrio Iudicis, Plot. in l. ſi quando, §. 3. ſub num. 22. C. vnde vi. Adde ſuprà quæſt. 21. verſic. ſed quid ſi reus in fin. q. 55. verſic. Allegare, & verſic. final. Dec. in l. in omnibus, n. 7. cum ſequ. ff. de regul. iur. At de iſta dictione ſponte, infra q. 65. verſ. fin. ac alibi ſæpè. *Drogh.*

z *Multum atrox.*] Farinacius numero 36. vbi ſup. *Roſſ.*

a *Si tamen Senatus.*] Aduerte nouam conſuetudinem tu, qui exerces officia in ſtatu Mediolani; quia cum Senatus iubet, aliquem torqueri, ſolet adiungere qualitates cum quibus intendit reum debere torqueri, ita vt ſi reſcripſerit Senatus aliquẽ torqueri, vt hic in tertio modo, diſtinguet in duob. vel trib. ictibus, ſeu ſquaſſamentis funis, uel dicet cum taxillis, & ſic de ſimilib. Vt tamen habeas perfectam, & modernā practicam, Nota, quòd cum
*96 Senatus reſcribit, † interrogetur in tormentis, tunc alciatur, ſiue eleuatur, ſed non ſquaſſatur; ſi reſcribit, quod torqueatur, tunc intelligitur, quòd ſemel ſquaſſetur, facta prius interrogatione, exiſtente ſuper chorda, ſiue eculeo; ſi reſcribit, quod bene torqueatur, intelligitur, quòd bis ſquaſſetur, ut hic; ſin autem dicat, acriter torqueatur, intelligitur de tribus ſquaſſis, in diuerſis tamen ſpatijs per horam durantibus, ſi dicat, acerrimè tunc intelligitur cum taxillis, & ponderibus ad pedes; Senatus tamen, ut plurimum exprimere tunc ſolet taxillis, uel aliam qualitatem, quam intendit. Et in hoc caſu Iudex ad libitum, citra mortem procedit. At cum enim dixerit acerrimè vſque ad mortem, tunc caſus eſt in diſcrimine rerum.

Inquantũ autẽ hic in principio inter primos gradus torturę appo-

ſuit minas de torquendo, uerius dici poſſe uidetur, quòd tales minæ, ſeu terror, quęſtionis fiendæ non ſit quæſtio, ut per Gulielmum de Cuneo tractat. ſecuritatis ſub nu. 37. allegat text. in l. item apud §. quęſtionem, & §. quæſtionis ff. de iniur. Alios torquendi modos latrũculatores reperiunt, prout eſt Crux; quem tamen modum ſemper abhorrui ob memoriam Saluatoris noſtri, nec ea vti volui; vide practicam Tranquilli Ambroſini, aliàs Romæ Auditoris, vbi reperies etiam modos euitandi diabolicas fraudes, quibus vtuntur malefactores, ne cogantur fateri delicta, libro 4. capit. 7. *Drogh.*

b *Sed an fortè.*) Farin. volumin. 4. ſuæ praxis, q. 83. capitul. 2. numero 38. *Roſ.*

c *Aliqui dicunt.*) Ad-
97 de, quod † dictum Ancharan procederet, quando quis eſſet carceratus in loco, in quo fame, & frigore grauiter afficeretur, vt expreſsè tradit Bartol. in l. diuus, numero 2. ff. de quęſtion. & Bertran. conſil. 226. numero 4. & 5. quos refert, & ſequitur Becc. in conſil. 70. numero 14. & Natt. in conſil. 319. numero 4. & ita etiam declarat Brun. in tractat. de indic. & tortur. quæſtion 2. par. 2. dicens quòd confeſſio facta in carceribus, in quibus non denegatur cibus, non dicitur facta metu tormentorum, & per conſequens quòd non requiritur perſeuerantia: ſed pro concord. Claud. Batran. reg. criminali 55. ita diſtinguendo, dicit, quòd confeſſio carcerati facta ad fauorem carcerantis in ciuilibus non valet, ſecus autem in criminalibus; quia tunc eſt valida, licèt in carcere facta fuerit. *Baiar.*

d *Et ideò ſi non adſint indicia perfecta.*) Adde ſupra quæſtione 22. in principio. Aliter tamen dixit Menoch. de arbitr. Iudic. libro 2. centur. 3. caſu 270. num. 23. qui dixit, vnumquodque indicium debere eſſe certum, id eſt probatum per duos teſtes. An autem duo minores faciant indicium, vel probationem, quando nec habitu, nec potentia teſtis alius adeſſe potuerit; Vide Iaſ. in l. talis de antiquo, numero 8. de his, quibus vt indignis; Minor autem factus maior teſtificatur de his, quæ vidit in pupillari ętate. Dec. in l. feminæ, §. Item impuberes, numero 12. ff. de regul. iur. *Drogh.*

Vnus teſtis.] Hic nota, quod ſi probetur non plenè, ſed vltra ſemiplenam probationem, vt per vnum teſtem, & alia adminicula, quod poterit Iudex procedere ad condemnationem pecuniariam, non corporalem, per Capyc. dec. 126. & Car. in pract. crim. ante num. 165. *Giach.*

Vnus teſtis.] Far. d. q. 38. n. 33. 34. & 35. & 46. *Roſ.*

Sed [b] *an fortè ex eo, quòd ille, qui eſt crimen confeſſus, eſſet in carceribus detentus, dicitur talis confeſſio extorta metu tormentorum? Reſpond.* [c] *Aliqui dicunt, quòd ſic, & ita videtur conſuluiſſe Anchar. conſ. 24. nu. 4. cuius opin. dicit eſſe communem Alex. conſil. 52. num. 3. libr. 3. prout illam refert Neuiz. in ſylua nuptiali fol. 12. columm. 1. Sed certè Alex. ibi in libro meo non dicit, quòd hęc ſit commun. opin. prout iudicio meo non eſt neque vera, neque communis, iuxta ea, quæ ſup. ſtatim dixi, neque apud nos ſeruatur in practica. Nam eam tenendo omnis confeſſio diceretur extorta metu tormentorum, cum omnes ferè, qui confitentur delicta commiſiße, tempore confeſſionis ſint in carceribus detenti, & ſic per eam deſtruerentur omnes ferè proceſſus criminales.*

33 *Debet igitur Iudex torturam adhibere pro modo indiciorum, vt dixi.* [d] *Et ideo ſi non adſint indicia perfecta, & ſufficientia ad torturam, puta, ſi adſit* [e] *tantum vnus teſtis de viſu, qui non ſit integer, vel ſi adſint duo teſtes ſingulares deponentes de indicijs remotis, vel huiuſmodi, poterit procedere ad primum, vel ſecundum gradum torturæ, vel etiam ad alios ſubſequentes, non tamen ad plenam torturam: quia ad illam deuenire non debet, niſi præcedat ſaltem vnum indicium ſufficiens ad torturam, & legitimè probatum, vt dixi ſupra verſicul. dixi quoque, & ſequent. Et in his gradibus, (vt ſæpius dixi) non poteſt dari certa regula, ſed Iudex ſecundum arbitrium, & conſcientiam ſuam ita faciet, vt qualitas delicti, & perſonæ, & indiciorum poſtulare videbitur. Plenam autem torturam dico, quando reus ſquaſſatur.* [f] *Et ideo ſcias, quod ſecundum Marſil. in pract. crim. §. occurrit, colum. 1. verſiculo, Et poteſt poni, §. nunc videndum, numero 52 quem refert Practica Caſon. fol. octuageſimotertio numero 3. Ex communi practica, & conſuetudine totius Italiæ pro quolibet indicio* [g] *dãtur tres ictus torturæ, ſeu (vt vulgo dicitur) ſquaſſi chordæ. Et dicit Nouell. in pract. crim. fol. nonageſimoſecundo numer. 28. quod ex approbata conſuetudine modus torturæ temperatus eſt, quando quis torquetur in tribus diebus ſeparatim. Sed certè in hac Prouincia non ſeruatur talis conſuetudo: nam pro vno indicio, etiam proximo actui non dantur tres ictus funis, ſed duo tantum ad ſummum, & non vltra: & ſi plura ſint indicia, non dantur pro quolibet indicio tres ictus funis, ſed omnibus computatis dantur duo, vel tres ictus, & non vltra: & ſi indicia ſint plura, & vrgentia, tunc torquetur reus interpollatis diebus, ſeu vicibus. Et iſte modus, quem Nouellus in loco præallegato appellat temperatum, apud nos habetur pro acri, & grauiſſimo, neque vnquam ex quibuslibet indicijs vidi aliquem Iudicẽ (niſi iuſſu Senatus) excedere tres ictus funis in tortura, neque torquere* [h] *aliquem interpollatis diebus in hac Prouincia, in qua ſumma iu-*

f *Et ideo ſcias.*] Adde,
98 quod † paſſim pro quolibet indicio non debent dari tres ictus chordæ, nam Iudex debet conſiderare complexionem, & qualitatem rei, an ſit debilis, vel robuſtus, & ferox; an nobilis, vel ruſticus; & conſiderare criminis qualitatem, vt latè per Marſil. in d. pract. §. expedita, n. 85. quid enim ſi eſſent, puta, quinque, vel ſex indicia ſufficientia, et reus eſſet debilis, eritne pro quolibet indicio ter torquendus? certè non. Et ideò remanet arbitrio iudicis. Ita tradit Io. Ant. de Nigr. in capitul. ſeptimo frequens num. 34. & debet arbitrium Iudicis eſſe iuri, & ęquitati congruum aliàs ſi ex capite ſuo procederet ad torturam, non valeret, quod ageret, vt per Roman. conſil. 376. col. pen. ſed conſuetudo eſt, quod cumulatis inſimul omnibus indicijs, nõ dantur niſi duo, vel tres ictus funis pro qualibet die, ſi tortura reiteratur, vt etiam atteſtatur Cum. de ſyndic. cap. 21. de tort. num. 20. niſi in parricidio, aſſaſſinio, crimine læſæ maieſtatis, publicis latronibus, & ſtratarum diſrobatoribus, qui etiã acrius torquentur, vt per Carer. in pract. crim. in tract. de indic. & tortur. fol. 163. & dicit Gram in conſ. 45. n. 37. cum ſeq. quòd quando
99 † indicia eſſent ſufficientia, non debet vltra tertiam vicem torqueri, id eſt in tribus dieb. ſeparatim, aliàs diceretur immoderatè tortus; & idem tenuit Paul. de Caſtr. in conſ. 299. circa finem vol. 2. & Blanc. in l. fin n. 10. ff. de q. quod tamen fallit in ſupradictis delictis.
100 Item † adde, quod Iudex non poteſt torquere reũ ſuper uno indicio, & ſi fuerit tortus, etiam cũ proteſtatione, quod intendit toquere ſup. uno tantũ, cenſetur ſup. omnib. indicij tortus, etiam quod Iudex haberet liber. arbitriũ. Bertaz. in cõſ. 145. uol. 4. *Baiar.*

g *Dantur tres ictus torturæ.*] Adde, ut per Carrer. in pract. crim. in tract. de ind & tort pag. 165. n. 194. ubi ſubiungit non eſſe ulterius reum torquendum, ſed ſub fideiuſſoribus relaxandum, aliàs diceretur immoderatè tortus. *Giach.*

h *Interpollatis diebus.*] Adde, quòd fallit hoc in parricidio, aſſaſ-